



E P I T O M E S
L E G A T O R V M
E T F I D E I C O M M I S S O R V M,

Methodo ac ratione digesta.

ANGELI MATTHEACII
MAROSTICENSIS, VICENTINI,

1^a
16862

*Aula Caesarea Comitis, Equitisq; Palatini, & in Gymnasio Patavino Ordinarij
in prima Sede Iuris civilis matutini Interpretis.*

*Omnibus tam in Scholis publica professione se exercentibus, quam in foro versan-
tibus contentioso, ac iuridico, summè utilis, & apprimè necessaria.*

*Indice ut rerum, ita & verborum serie Alphabetica digesto, non concinnè minus, quam
methodicè pro operis mole sat copioso adornata.*

AD SERENISSIMOS ET CLEMENTISSIMOS PRINCIPES
GUILIELMUM, & MAXIMILIANUM superioris & inferioris Bavarum Duces,
& Comites Palatinos Rheni, &c.

C U M P R I V I L E G I O.



Num. 46. cap. 6.

Num. 24.

26



V E N E T I I S, M D C.

Apud Societatem Minimam:

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

Sereniss. & Clementiss. Principibus,

G V L I E L M O
P A T R I, E T
M A X I M I L I A N O
F I L I O.

Superioris, & inferioris Bauariæ Ducibus, Comitibusque Pala-
tinis Rheni, Inclitis Heroibus, Dominis iugi
semper obseruantia colendis.



IN VETERATA maiorum consuetudi-
ne vsitatum fuisse (Augustiss. Dux, Sereniss.
Princeps) in Deorum numerum illos omnes
referre qui praclarum aliquod atque egre-
gium facinus aggressi essent, omnium serè
scriptorum monumenta testantur. Et ex sta-
tuis ancis ac templis in eorum honorem con-
structis apparet hunc morem olim inualuisse; Horum Stultitiam
dum saepe mecum considerare risu abstinere nequibam, quoniam
Deorum numerum augeri absq; necessitate putabam; sed cum dili-
gentius ad id meas cogitationes conuertissem, eos non nisi sapientissi-
mè ac prudentissimè fecisse, consiteri non possum; Homines enim ho-
noribus illis illecti et inflammati, nitebantur in ardua; illorumque
Deorum exempla totis viribus imitari conabantur. Quidni igitur
(Augustissimè Dux, Princeps Serenissime) licebit mihi veram reli-
gionem sectanti eniti, ac omnes eò intendere neruos, ut cum de Chri-
stiana Republ. te optimè meritum Heroam imitari non possum, sal-
tem pro virili, venerer, summaq; obseruantia colam? Et quas (Bo-
ne Deus) poterit omnis Fidelium cœtus, ipsaque Apostolica sedes ne-
dum referre, sed vix tibi agere grates, qui ardetissima charitate sum-
moq; Zelo, Hæreticos omnes filios Diaboli, ac mortis laqueos, cate-
rosque Christianæ Religionis hostes, à ditione tua curaueris relegan-
dos, et penitus expellendos? optimè te nosce mediusfidius indicasti,
perfidis illis nō nisi Tartarcū deberi locum, et propterea nec sub mer-
catura, aliove negotiationis prætectu, in urbibus, ac Regionibus tuis,
nec hospitio excipiendam truculentam illam pestem, constanter man-
dasti. O Princeps Sanctissime, ò Dux fortissime, ò Heros Christianis-



EPI TOM E LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM

In suas partes methodo, ac legitima ratione digesta.

S Y M M A R I A.

- 1 Laus materia Legatorum, & Fideicommissorum, & antiquorum Iuriscensul-
torum.
- 2 Vtilitas materia legatorum, & fideicommissorum.
- 3 Iuriscensulti antiqui recensentur, qui de hac materia scripserunt.
- 4 Intentio & scopus Authoris & ordo, quem secutus est.

P R A E F A T I O.

- 1 **L**EGATA, † & fideicommissa iuris prudentia pars nobilissima supremę hominum voluntati penitus inhaerent, a qua coru praestantiam, sum-
mamq; vtilitatem in lucę prodire facile conspi-
cimus. Quobrem Iuriscensulti non solum me-
moriam, verum etiam ingenij acumine in venan-
da ex coniecturis Testatium mente, quoscunq; literaru eruditissimos
longe excedere existimantur; vtpote qui haud secus ac venatorij ca-
nes feras insequuntur cu odoratu quasi leporem avidę seclatur, & assu-
dua indagine * per legitimos tramites, & per latebras iurispruden-
tiaę quaeritant, & amplexantur; ac inuentam veluti reginam pie obser-
uant, & venerantur: quod mortuos resurgere, muros loqui, & de iu-
re legitimę respodere summa aequitate procurent. † Præterea hic ti-
tulus nulla prorsus eget commendatione; ipse enim frequenti vfu,
& vtilitate cum in ædibus priuatis, tū in Iudicijs publicis sese conspi-
cuū, & insignē oibus offert. † Plures igitur egregij Iureconsulti cala-
mos, & ingeniu ad ea legata & fideicommissa couerterunt; Põponius
siquidẽ quinque fideicommissoru composuit libros, ^b quauis ex quin-
to nullæ a Triboniano in Pandectis collectę eius legantur sententię;
Valens Alburnius septem ^c, Volusius Metianus sexdecim, ^d Caius
duos, ^e præter singularem de tacitis fideicommissis ^f; Paulus tres, ^g
& vnicum de tacitis ^h. Vlpianus deniq; sex, ⁱ & Modestini etiã plura

A deside.